



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 2. Non omnia venialia in hac vita cavere possumus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

§. II.

Non omnia venialia in hac vita cavere possumus.

ALia est venialium ratio. Hæc omnia cavere optare possumus, sed in ista mortali vita perficere non possumus: propter quod & Sanctissimorum *Ioan. 1. ep. c. 1. v. 8.* vox est: *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Etenim: *In Ps. 118. cont. 3.* Quoniam tentatio est vita humana super terram, etiamsi à criminibus longè simus, ait D. August. non tamen deest, ubi desideris peccati vel facti, vel dicti, vel cogitatu obediamus, quando adversus majora vigilantibus quedam incautis minuta surrepant.

§. III.

Venialium citiùs quàm mortalium remissio obtinetur.

EJusmodi quidem minores defectus etiam in particulari longè difficilius plerumque quàm majora & graviora delicta vitamus, ac per hoc facilius quoque est, hæc quàm illa absolutè cavenda proponere. Et tamen ut S. Bonaventura, & *Brevil. p. 3. c. 8.* vera asserit doctrina, citiùs est venialium quàm mortalium veniam obtineri: ex quo

quo